

die tribulatiōnis meae clamāvi ad te, quia exaudisti me. Et liberāsti.

Lectio iij.

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutiōnibus, in angustiis pro Christo: Cum enim infirmor, tunc potens sum. Factus sum inops, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apōstoli: tametsi nihil sum.

R. Factus est mihi Dominus in refugium: * Et Deus meus in auxiliium spei meae. **V.** Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & factus est Dominus protector meus. Et Deus. Glōria Patri. Et Deus.

S A B B A T O.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio j.

Cap. 13.

Ecce tertio hoc venio ad vos: in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi, & prædico, ut presens, & nunc absens iis, qui antè peccaverunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non paream. An experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illis: sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis.

R. Ne perdidieris me cum iniquitatibus meis: * Neque in finem iratus reserves mala mea. **V.** Non intres in iudicium cum servo tuo Domine. Neque.

Lectio iij.

Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscistis vosmetipsos quia Chris-

tus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis: nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem.

R. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: * Cantabo, & psalmum dicam Domino. **V.** Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Cantabo.

Lectio iij.

Ideo hæc absens scribo, ut non presens virtus agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum, Salutate invicem in óculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Grátia Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

R. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: * Deus meus, misericordia mea. **V.** Letabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime. Deus meus. Glōria Patri. Deus meus.

Ad Vesperas, Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuam majestatis extendere. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat.

DO-

DOMINICA III

Post Epiphaniam.

Ad Matutinum omnia ut in Psalterio. 1.

In primo Nocturno.

Incipit Epistola beati Pauli Apōstoli ad Galatas.

Lectio j.

Cap. 1.

PAulus Apōstolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis: & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ. Grátia vobis, & pax à Deo patre, & Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei & Patris nostri, cui est gloria in sæcula sæculorum: Amen.

R. Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: * Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. **V.** Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Miserere.

Lectio ij.

Miror quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos voluit in gratiam Christi in aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Christi. Sed licet nos, aut Angelus de celo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christi servus non essem.

R. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione:

* Quia tu solus laborem & dolorem consideras. **V.** Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Quia tu.

Lectio iij.

Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequabar Ecclesiis Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

R. A dextris est mihi Dominus, ne commovear: * Propter hoc dilatatum est cor meum, & exultavit lingua mea. **V.** Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei. Propter. Glōria Patri. Propter.

In secundo Nocturno.

De Expositione Sancti Augustini Episcopi in Epistolam ad Galatas.

In Praefatione, tom. 4.

Lectio iv.

CAusa, propter quam scribit Apōstolus ad Galatas, hæc est, ut intelligant gratiam Dei id secum agere, ut sub lege jam non sint. Cum enim prædicata eis esset Evangelii gratia, non defuerunt quidam ex circumcisiōne, quamvis Christiani nomine, nondum tamen tenentes ipsum gratiæ beneficium, & adhuc volentes esse sub oneribus legis, quæ Dominus Deus imposuerat non justitiæ servientibus, sed peccato, justam scilicet legem injustis hominibus dando, ad demonstranda peccata eorum, non auferenda. Non enim auferret peccata nisi gratia fidei, quæ per dilectionem operatur.

S 4

R.

R. Notas mihi fecisti Dómine vias vita: Adimplébis me lætitia cum vultu tuo: delectationés in dextera tua usque in finem. **V.** Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Adimplébis.

Lectio v.

Sub hac ergo grátia jam Gálatas constitutos illi volébat constituere sub onéribus legis, asseverantes nihil eis prodésse Evángélium, nisi circumcideréntur, & cæteras carnáles Judæici ritus observatiónes subirent. Et ideó Paulum Apostólum suspéctum habere cœperant, à quo illis Evángélium prædicátum erat, tamquam non tenentem disciplinam cæterórum Apostolórum, qui Gentes cogébant judaizare.

R. Diligam te Dómine virtus meæ: Dóminus firmamentum meum, & refúgium meum. **V.** Liberátor meus, Deus meus, adiutor meus. Et.

Lectio vi.

Talis quidem quæstio est & in Epístola ad Romános: verumtamen videtur áliquid interessé, quòd ibi contentiónem ipsam dirimit, litémque compónit, quæ inter eos qui ex Judæis, & eos qui ex Géntibus crediderant, orta erat: cum illi tamquam ex méritis óperum legis, sibi réditum Evángelii præmium arbitraréntur, quod præmium incircumcisís tamquam imméritis nolébant dari: illi contra Judæis se præferre gestrent, tamquam interfectóribus Dómini. In hac veró epístola ad eos scribit, qui jam commóti erant auctoritate illórum, qui ex Judæis erant, & ad observatiónes legis cogébant.

R. Dómini est terra, & plenitúdo ejus: Orbis terrárum, & universi, qui hábitant in eo. **V.** Ipse super maria fundávit eam, & super flúmina præparávit illam. Orbis. Glória Patri. Orbis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evángelii secundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 8.*

In illo tẽpore: Cũm descendisset Jesus de monte, secũta sunt eum turbæ multæ: & ecce leprósus véniens, adorábat eum. Et reliqua. Homilla Sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 8. Mattb.

De monte Dómino descendente, occurrunt turbæ, quia ad altióra ascendere non valerunt. Et primus ei occurrit leprósus: necdum enim póterat monte lepra tam multiplicem in eum Salvatóris audire sermónem. Et notándum, quòd hic primus speciáliter curátus sit: secúndo, puer Centuriónis: tertio, socrus Petri fébriens in Capharnaum: quarto loco, qui oblatus est ei à dæmónio vexati: quorum spiritus verbó ejiciebat, quando & omnes malè habentes curávit.

R. Ad te Dómine levávi ánimam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. **V.** Custódi ánimam meam, & erípe me. Deus meus.

Lectio viij.

Et ecce leprósus véniens, adorábat eum, dicens: (Rectè post prædicatiónem atque doctrinam, signi offeritur occasio, ut per virtutem miraculi præteritus apud audiéntes sermo firmetur.) Dómine, si vis, potes me mundáre. Qui voluntatem rogat, de virtute non dúbitat. Et extendens Jesus manum tẽgit eum, dicens: Volo, mundáre. Extendente manum Dómino, statim lepra fugit. Simúlque considera, quam hómilis, & sinè jactántia responsio. Ille dixerat, Si vis: Dóminus respondit, Volo. Ille premeriserat, Potes me mundáre: Dóminus jungit, & dicit, Mundáre. Non ergo, ut

ut plerique Latínórum putant, jungéndum est, & legéndum, Volo mundáre; sed separátim, ut primò dicat, Volo; deinde imperet, Mundáre.

R. Duo Séraphim clamábant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth: Plena est omnis terra glóriá ejus. **V.** Tres sunt qui testimónium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Glória Patri. Plena est.

Lectio ix.

Et ait illi Jesus: Vide, némini dixeris. Et revérà quid erat necesse ut sermóne jactáret, quod corpore præferébat? Sed vade, osténde te sacerdoti. Várias ob causas mittit eum ad sacerdotem: primùm propter humilitatem, ut sacerdotibus deserre honórem videatur: Erat enim lege præceptum, ut qui mundati fuerant à lepra, offerrent minera sacerdotibus. Deinde, ut mundatum vidéntes leprósum, aut créderent Salvatóri, aut non créderent: si créderent, salvarentur: si non créderent, inexcusabiles forent. Et simul, ne quod in eo sæpissimè criminábantur, legem videretur infringere.

Te Deum laudámus. 13.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Cũm descendisset Jesus de monte, ecce leprósus véniens, adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre: & extendens manum, tẽgit eum, dicens: Volo, mundáre.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, infirmitatem nostram propitiùs respice: atque ad protegéndum nos dexteram tuam majestátis extendes. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dómine, si vis, potes me mundáre: & ait Jesus: Volo, mundáre.

FERIA SECUNDA.

De Epístola ad Gálatas.

Lectio j.

Cap. 3.

O Insensati Gálatae, quis vos fascinávit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere: Ex óperibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cum Spiritu cœpéritis, nunc carne consummémmini? Tanta passi estis sinè causa? si tamen sinè causa. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex óperibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam.

R. Quàm magna multitúdo dulcedinis tuæ Dómine, Quam abscondisti tímētibus te! **V.** Et perfecisti eis, qui sperant in te Dómine, in conspéctu filiórum hominum. Quam abscondisti.

Lectio ij.

Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. Próvidens autem Scriptúra, quia ex fide justificat Gentes Deus, prænuntiávit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes Gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abrahæ. Quicúmque enim ex óperibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in ómnibus quæ scripta sunt in Libro legis ut faciat ea.

R. Adjutor meus esto Deus: Ne derelinquas me. **V.** Neque despicias me Deus salutáris meus. Ne.

Lectio iij.

Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide vivit. Lex autem non estus fide, sed, Qui fecerit ea, vivet in illis. Christus

tus nos redēmit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno: ut in Gēntibus benedictio Abrāhæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem spiritūs accipiāmus per fidem.

R. Benedicam Dōminum in omni tempore: * Semper laus ejus in ore meo. **V.** In Dōmino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur. Semper. Glōria Patri. Semper.

FERIA TERTIA.

De Epistola ad Galatas.

Lectio i. *Cap. 5.*

State, & nolite iterum iugo servitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ. Evacuati estis à Christo, qui in lege justificamini: à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ expectamus.

R. Auribus percipe Deus lacrymas meas: ne sileas à me, remitte mihi: * Quoniam incola ego sum apud te, & peregrinus. **V.** Complacēt tibi, ut eripias me: Dōmine ad adjuvandum me festina. Quoniam.

Lectio ii.

Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur. Currebātis benedictus vos impedit veritati non obediēt? Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos. Mōdicum fermētum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Dōmino, quod nihil aliud sapiētis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille.

R. Stātur Dōminus supra petram pedes meos, & dirēxit gressus meos Deus: * Et misit in os meum can-

ticum novum. **V.** Exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miserie. Et misit.

Lectio iij.

Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis. Utinam & abscondantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasione detis carnis, sed per charitatem Spiritus servite invicem. Omnis enim lex in uno sermone implētur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si invicem mordētis, & comēditis: vidēte ne ab invicem consumamini. Dico autem: Spiritu ambulāte, & desideria carnis non perficiētis. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur: ut non quæcumque vultis, illa faciātis.

R. Ego dixi, Dōmine miserere meis: * Sana animam meam, quia peccavi tibi. **V.** Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me Dōmine. Sana, Glōria Patri. Sana.

FERIA QUARTA.

Incipit Epistola beati Pauli Apóstoli ad Ephésios.

Lectio i. *Cap. 1.*

Paulus Apóstolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Jesu. Grātia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Dōmino Jesu Christo. Benedictus Deus & Pater Dōmini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essēmus sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate.

R. Ne perdidideris me cum iniquita-

tibus meis: * Neque in finem iratus reserves mala mea. **V.** Non intras in iudicium cum servo tuo Dōmine. Neque in finem.

Lectio ii.

Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ grātiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. In quo habēmus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitiās grātiæ ejus, quæ superabundavit in nobis in omni sapiētia, & prudētia: ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, in restaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, in ipso.

R. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: * Cantabo, & psallam dicam Dōmino. **V.** Exurge glōria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Cantabo.

Lectio iij.

In quo etiam & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ: ut simus in laudem gloriæ ejus nos, qui antè speravimus in Christo: in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, (Evangēlium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

R. Adjuvor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: * Deus meus, misericordia mea. **V.** Latabor & exultabo in te, psallam nōmini tuo Altissime. Deus meus. Glōria Patri. Deus meus.

FERIA QUINTA.

De Epistola ad Ephésios.

Lectio i. *Cap. 4.*

Obesero itaque vos ego vincetus in Dōmino, ut dignè ambulētis vocatione, quæ vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, & unus Spiritus sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dōminus, una fides, unum baptisma. Unus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

R. Deus in te speravi, Dōmine non confundar in ætērum: in justitia tua libera me, * Et eripe me. **V.** Inclina aures meas, & salva me. Et eripe me.

Lectio ii.

Univocum autem nostrum data est grātia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicitur: Ascendens in altum captivum duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.

R. Repleatur os meum laude tua, ut hymnum dicam gloriæ tuæ, totā die magnitudinem tuam: noli me proficere in tempore senectutis: * Dum defecerit in me virtus mea, ne derelinquas me. **V.** Gaudēbunt labia mea cum cantavero tibi. Dum defecerit.

Lectio iij.

Et ipse dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consumptionem sanctorum in opus ministrerii, in edificationem corporis Christi: donec

occurrámus omnes in unitátem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram etáti plenitudinis Christi: ut jam non sinus párvuli fluctuantes, & circumferámur omni vento doctrinae in nequitia hóminum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescámus in illo per ómnia, qui est caput Christus.

R. Gaudébunt lábia mea cum cantávero tibi: * Et ánima mea, quam redemisti Dómine. **V.** Sed & lingua mea meditábitur justitiam tuam, totá die laudem tuam. Et ánima. Glória Patri. Et ánima.

FERIA SEXTA.

De Epístola ad Ephésios.

Lectio j.

Cap. 5.

Estóte ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambuláte in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominéur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpítudo, aut stultitíum, aut scurrilias, quae ad rem non pertainet: sed magis gratiárum actio.

R. Confitébor tibi Dómine Deus in toto corde meo, & honorificábo nomen tuum in aeternum: * Quia misericórdia tua Dómine magna est super me. **V.** Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te. Quia misericórdia.

Lectio ij.

Hoc enim scitote intelligentes: quod omnis fornicator, aut immundus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter haec enim venit ira Dei in

filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Erátis enim aliquándó ténébrae: nunc autem lux in Dómino. Ut filii lucis ambuláte.

R. Misericórdia tua Dómine magna est super me: * Et liberásti animam meam ex inférno infériori. **V.** In die tribulationis meae clamávi ad te, quia exaudísti me. Et.

Lectio iij.

Fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate: probantes quid sit beneplácitum Deo: & nolite comunicáre opéribus infructuosis ténébrarum, magis autem redarguite. Quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem, quae arguuntur, á lumine manifestantur: omne enim, quod manifestátur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exúrge á mórtuis, & illuminábit te Christus.

R. Factus est mihi Dóminus in refugium: * Et Deus meus in auxiliium spei meae. **V.** Erpuit me de inimicis meis fortissimis, & factus est Dóminus protector meus. Et Deus. Glória Patri. Et Deus.

SABBATO

De Epístola ad Ephésios.

Lectio j.

Cap. 6.

Filii, obedite paréntibus vestris in Dómino: hoc enim justum est. Honóra patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandátum primum in promissione: ut bene sit tibi, & sis longævus super terram. Et vos patres nolite ad iracúndiam provocáre filios vestros: sed educáte illos in disciplina, & correptione Dómini.

R. Ne perdidicistis. 282.

Lectio ij.

Servi obedite dómínis carnalibus cum timóre, & tremóre, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:

ro: non ad óculum serviéntes, quasi hominibus placétes, sed ut servi Christi, faciéntes voluntátem Dei ex ánimo, cum bona voluntate serviéntes, sicut Dómino, & non hominibus: sciétes quóniam unusquisque quodcumq; fécerit bonum, hoc recipiet á Dómino, sive servus, sive liber. Et vos Dómini eadem facite illis, remittétes minas: sciétes quia & illórum, & vester Dóminus est in caelis: & personarum acceptio non est apud eum.

R. Parátum cor meum. 283.

Lectio iij.

De cetero fratres confortámini in Dómino, & in poténtia virtutis ejus. Indúite vos armatúram Dei, ut possitis stare advérsus instigias diabóli: quóniam non est nobis colluctatio advérsus carnem & sánguinem: sed advérsus principes, & potéstates, advérsus mundi rectóres ténébrarum harum, contra spirítuália nequitiae, in caeléstibus. Propterea accipite armatúram Dei, ut possitis resistere in die malo, & in ómnibus perfecti stare.

R. Adjutor meus. 283.

Ad Vesperas.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis constitútos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corpóris; ut ea, quae pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincámus. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA IV.

post Epiphaniam.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola beati Pauli Apóstoli ad Philippenses.

Lectio j.

Cap. 1.

Paulus, & Timótheus servi Jesu Christi, ómnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis, & diaconibus. Gratia vobis, & pax á Deo Pa-

tre nostro, & Dómino Jesu Christo. Grátias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis pro ómnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens, super communicacione vestra in Evangelio Christi á prima die usque nunc: confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu: sicut est mihi justum hoc sentire pro ómnibus vobis: eò quod hábeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmacione Evangelii, sócios gaudii mei omnes vos esse.

R. Dómine, ne in ira tua arguas me, neque in furóre tuo corripias me: * Miserére me Dómine, quóniam infirmus sum. **V.** Timor & tremor venérunt super me, & contéxerunt me ténébrae. Miserére mei.

Lectio ij.

Testis enim mihi est Deus, quòmodo cupiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in sciéntia, & in omni sensu: ut probétiis potióra, ut sitis sincéri, & siné offénsa in diem Christi, repléti fructu justitiae per Jesum Christum, in glóriam & laudem Dei. Scire autem vos volo fratres, quia quae circa me sunt, magis ad protectum venérunt Evangelii: ita ut vincula mea manifeste hierent in Christo in omni pretorio, & in ceteris ómnibus, & plures é fratribus in Dómino confidéntes vinculis meis, abundantius audérent siné timóre verbum Dei loqui.

R. Deus, qui sedes super thronum, & júdicas aequitatem, esto refugium pauperum in tribulatione: * Quia tu solus labórem & colórem consideras. **V.** Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adjutor. Quia tu.

Lectio iij.

Quidam quidem & propter invidiam, & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant, quidam ex charitate: scientes quoniam in defensionem Evangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes presuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christum annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudēbo.

R. A dextris est mihi Dominus, ne commovear: * Propter hoc dilatatum est cor meum, & exultavit lingua mea. **V.** Dominus pars hereditatis mee, & calicis mei. Propter hoc. Gloria Patri. Propter hoc.

In secundo Nocturno.

Ex libro Moraliū Sancti Gregorii Pape.

Lectio iv.

Lib. 4. cap. 30.

Replenus refectiōibus deficiat: extenuamus abstinentiā, ne nos replētum premat: vegetamus hoc motibus, ne situ immobilitatis intreat: sed citius hoc colloquendo sistimus, ne ipsa sua vegetatiōne succumbat: adjuventis hoc vēstriū tēgimus, ne frigus intērimus: & quæsitā adjuventa projicimus, ne calor exūrat. Tot igitur diversitatibus occurrentes, quid agimus, nisi corruptibilitati servimus, ut saltem multiplicitas impēni obsēquii corpus sustineat, quod anxietas infirmæ mutabilitatis gravat?

R. Notas mihi fecisti Dōminū vias tuas: * Adimplēbis me lætitiā cum vultu tuo: delectationis in dextera tua usque in finem. **V.** Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Adimplēbis.

Lectio v.

Undē benē per Paulum dicitur: Vanitati enim subjēctā est creatūra non volens, sed propter eum qui subjēctū eam in spē: quia & ipsa creatūra liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vanitati quippē creatūra non volens subditur: quia homo, qui ingēnitæ constantiæ statum volens desērūt presus justæ mortalitatis pondere, nolens mutabilitatis suæ corruptioni servit. Sed creatūra hæc tunc à servitute corruptionis eripitur, cum ad filiorum Dei gloriā incorrupta resurgēdo sublevatur.

R. Diligam te Dōmine virtus mea: Dōminus firmamentum meum, * Et refugium meum. **V.** Liberātor meus, Deus meus, adiutor meus. Et refugium.

Lectio vi.

Hic itaque electi molēstia vinciti sunt, quia adhuc corruptiōnis suæ penā deprimuntur: sed cum corruptibili carne exiimur, quasi ab his, quibus nunc adstringimur, molēstie vinculis relaxāmur. Præsentari namque jam Deo cūpimus, sed adhuc mortalis corpōris obligatiōne præpedimur. Jure ergo vinciti dicimur, quia adhuc incēssum nostri desiderii ad Deum liberum non habemus. Undē benē Paulus, æterna desiderans, sed tamen adhuc corruptiōnis suæ sarcinam portans, vincitus clamat: Cūpio dissolvi, & esse cum Christo. Dissolvi enim non quæreret, nisi se proculdubio vincitum vidēret.

R. Dōmini est terra, & plenitudo ejus: * Orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo. **V.** Iper super maria fundavit eam, & super flumina præparavit illam. Orbis. Gloria Patri. Orbis.

Id

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.

Cap. 8. c

In illo tempore: Ascendēte Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus: & ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiret fluctibus, ipse verò dormiebat. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 8. Matth.

Quintum signum fecit, quando ascendens navem de Capharnaum, ventis imperavit & mari. Sextum, quando in regione Gerasenorum dedit potestatem demōnibus in porcos. Septimum, quando ingrediens civitatem suam, paralyticum secundum curavit in lectulo. Primus enim paralyticus, est puer Centurionis.

R. Ad te Dōmine levavi animam meam: * Deus meus in te confido, non erubescam. **V.** Custodi animam meam, & eripe me. Deus meus.

Lectio viij.

Ipse verò dormiebat: & accesserunt ad eum, & suscitaverunt eum dicentes: Dōmine, salva nos. Hujus signi typum in Jona legimus, quando cæteris periclitantibus, ipse securus est, & dormit, & suscitatur: & imperio ac sacramēto passionis suæ liberat suscitantes. Tunc surgens imperavit ventis & mari. Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturæ sentiunt imperantem. Quas enim increpavit, & quibus imperavit, sentiunt imperantem: non errore hereticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate Conditoris, que apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.

R. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dōminus Deus Sabaoth:

* Plena est omnis terra gloriā ejus. **V.** Tres sunt qui testimoniū dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena est.

Lectio ix.

Porro hōmīnes mirāti sunt, dicentes: Quālis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Non discipuli, sed et nautæ, & cæteri qui in navi erant, mirabantur. Sin autem quis contentiōse voluerit eos, qui mirabantur, fuisse discipulos: respondēbimus, rectē hōmīnes appellātos, qui necdum nōverant potentiam Salvatoris.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ascendēte Jesu in naviculam, ecce motus magnus factus est in mari: & suscitaverunt eum discipuli ejus, dicentes: Dōmine, salva nos, perimus.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis constituisti, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis; ut ea, que pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dōminum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dōmine, salva nos, perimus: impera, & fac Deus tranquillitatem.

FERIA SECUNDA.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j.

Cap. 4.

Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, quod gaudium meum, & corona mea: sic state in Dōmino, charissimi: Evōdām rogo, & Syntychem deprecor idipsum sapere in Dōmino. Etiam rogo & te germāne compar adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

R.

R. Quam magna multitudo dulcedinis tue Domine. * Quam abscondisti timētibz te! **Y.** Et perfecisti eis qui sperant in te Domine, in conspectu filiorum hominum. Quam.

Lectio ij.

Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus propē est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestre innotescant apud Deum. Ex pax Dei, quae exuperat omnem sensum, custodiatur corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Jesu.

R. Adjutor meus esto Deus: * Ne derelinquas me. **Y.** Neque despicias me Deus salutaris meus. Ne.

Lectio iij.

DE cetero fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque justa, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae fame, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate. Quae & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, haec agite: & Deus pacis erit vobiscum. Gavisus sunt autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruitis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis.

R. Benedicam Dominum in omni tempore: * Semper laus eius in ore meo. **Y.** In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & laetentur. Semper. Gloria Patri. Semper.

FERIA TERTIA.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Lectio j.

PAulus Apōstolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: eis, qui sunt Colossis, sanctis, & fidelibus fra-

tribus in Christo Jesu. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Jesu Christi semper pro vobis orantes: audientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem, quam habetis in sanctos omnes propter spem, quae reposita est vobis in caelis: quam audistis in verbo veritatis Evangelii: quod pervenit ad vos, sicut & in universo mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die, qua audistis, & cognovistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conservo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu, qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu.

R. Auribus percipe Deus lacrymas meas: ne sileas à me, remitte mihi: * Quoniam incola ego sum apud te, & peregrinus. **Y.** Complacere tibi, ut eripias me: Domine ad adjuvandum me festina. Quoniam.

Lectio iij.

I Deo & nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali: ut ambulatis digne Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia, & longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

R. Stavit Dominus supra petram pedes meos, & direxit gressus meos Deus: * Et misit in os meum canticum novum. **Y.** Exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae. Et misit.

Lec-

Lectio iij.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae: quoniam in ipso condita sunt universa in caelis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis.

R. Ego dixi, Domine miserere meis: * Sana animam meam, exiguam dilectio. Cantabo. **Y.** Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me Domine. Sana. Gloria Patri. Sana.

FERIA QUARTA.

De Epistola ad Colossenses.

Lectio j.

Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem, & donantes vobismetipsis si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: & pax Christi exulet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore: & grati estote.

R. Ne perdidideris me cum iniquitatibus meis: * Neque in finem iratus reserves mala mea. **Y.** Non intres in iudicium cum servo tuo Domine. Neque.

Lectio iij.

Verbum Christi habitat in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, & commonescentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, & canticis *Pars Hymnalis.*

spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne, quodcumque fecistis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. Mulieres subdite estote viris, sicut oportet, in Domino. Viri diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant.

R. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: * Cantabo, & psallam dicam Domino. **Y.** Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam dilectio. Cantabo.

Lectio iij.

Servi obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcumque fecistis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus: scientes quod à Domino accipietis retributionem haereditatis. Domino Christo servite. Qui enim injuriam facit, recipiet id, quod inique gessit, & non est personarum acceptio apud Deum. Domini, quod justum est & aequum, servis praestate: scientes quod & vos Dominum habetis in caelo. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione.

R. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: * Deus meus, misericordia mea. **Y.** Laetabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime, Deus meus. Gloria Patri. Deus meus.

FERIA QUINTA.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Lectio j.

PAulus, & Sylvanus, & Timotheus Ecclesiae Thessalonicensium in Deo Patre, & Domino Jesu Christ-

T

to.

to. Grátia vobis, & pax. Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memoriám vestri faciéntes in orationibus nostris sine intermissione, memóres óperis fidei vestræ, & laboris, & charitátis, & sustinentiæ spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum: scientes fratres, dilécti à Deo, electiõnem vestram: quia Evangélium nostrum non fuit ad vos id sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.

¶ Deus in te sperávi, Dómine non confundar in æternum: in justitia tua libera me, ¶ Et erípe me. ¶ Inclina ad me aurem tuam, & salva me. Et.

Lectio ij.

ET vos imitatóres nostri facti estis, & Dómini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedonia, & in Achaja. A vobis enim diffamatus est sermo Dómini, non solum in Macedonia, & in Achaja, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conversi estis ad Deum à simulacris, servíre Deo vivo, & vero, & expectare Filium ejus de cœlis (quem suscitavit ex mórtuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

¶ Repleátur os meum laude tua, ut hymnum dicam gloriæ tue, totá die magnitudinem tuam: noli me projicere in tempore senectutis: Dum defecerit in me virtus mea, ne derelinquas me. ¶ Gaudébunt lábia mea cum cantávero tibi. Dum.

Lectio iij.

¶ **N**am ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non

inanis fuit: sed ante passi, & contuméliis affecti (sicut scitis) in Philippis, fidenciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Evangélium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus à Deo ut crederetur nobis Evangélium: ita loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ: Deus testis est: nec querentes ab hominibus glóriam, neque à vobis, neque ab aliis.

¶ Gaudébunt lábia mea cum cantávero tibi: ¶ Et ánima mea, quam redemisti Dómine. ¶ Sed & lingua mea meditábitur justitiam tuam, totá die laudem tuam. Et ánima. Gloria Patri. Et ánima.

FERIA SEXTA.

De Epistola prima ad Thessalonicenses.

Lectio j.

Cap. 4.

DE cætero ergo, fratres, rogámus vos & obsecrámus in Dómino Jesu, ut quemádmódu accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambulétis ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dóminum Jesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstinéatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore: non in passione desiderii, sicut & Gentas, quæ ignorant Deum.

¶ Confitebor tibi Dómine Deus in toto corde meo, & honorificábo nomen tuum in æternum: ¶ Quia misericórdia tua Dómine magna est super me. ¶ Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te. Quia.

Lecc-

Lectio ij.

ET ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus: non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

¶ Misericórdia tua Dómine magna est super me: ¶ Et liberásti animam meam ex inférno inferióri. ¶ In die tribulationis meæ clamávi ad te, quia exaudisti me. Et liberásti.

Lectio iij.

DE charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis ut diligátis invicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in universa Macedonia. Rogámus autem vos fratres ut abundetis magis, & operam detis ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agátis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & ut honestè ambulétis ad eos, qui foris sunt: & nullus alicui desideretis.

¶ Factus est mihi Dóminus in refugium, ¶ Et Deus meus in auxiliis spei meæ. ¶ Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & factus est Dóminus protector meus. Et Deus. Gloria Patri. Et Deus.

S A B B A T O.

Incipit Epistola secunda ad Thessalonicenses.

Lectio j.

Cap. 1.

PAULUS, & SYLVANUS, & TIMÓTHEUS: Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro, & Dómino Jesu Christo. Grátia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Dómino Jesu Christo. Grátias agere debemus semper Deo pro

vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrevit fides vestra, & abundat charitas unuscujusque vestrum in invicem: ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide, & in ómnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini.

¶ Ne perdidideris. 239.

Lectio ij.

SI tamen justum est apud Deum retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant: & vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Dómini Jesu de celo cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non novérunt Deum, & qui non obediunt Evangélio Dómini nostri Jesu Christi: qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Dómini, & à glória virtutis ejus: cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in ómnibus, qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam orámus semper pro vobis: ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Dómini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei nostri, & Dómini Jesu Christi.

¶ Parátum cor meum. 239.

Lectio iij.

Cap. 2.

Rogámus autem vos fratres per adventum Dómini nostri Jesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum: ut non citò moveamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Dómini. Ne quis vos seducat ullo

T 2

mo-

modo: quoniam nisi venerit discensio primū, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus.

R. Adju'tor meus. 289.

Ad Vesperas. Oratio.
Familiam tuam, quesumus Domine, continuā pietatē custodi; ut quae in sola spe gratiae caelestis innitur, tuā semper protectione muniatur. Per Dominum nostrum.

DOMINICA V

Post Epiphaniam.

In primo Nocturno.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Lectio j.

Cap. 1.

Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, & Christi Jesu spei nostrae: Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, & pax à Deo Patre, & Christo Jesu Domino nostro. Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedonia, ut denunciare quibusdam ne aliter docerent, neque inderent fabulis, & genealogis interminatis: quae quaestiones praestant magis quam aedificationem Dei, quae est in fide.

R. Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: Misere mei Domine, quoniam infirmus sum. *V.* Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae. Misere.

Lectio ij.

Finis autem praecipi est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quae loquuntur, neque de quibus

affirmant. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur: sciens hoc quia lex justo unon est posita, sed injustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, secleratis, & contaminatis, paricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & perjuriis, & si quid aliud sana doctrinae Evangelium gloriae beati Dei, quod creditum est mihi.

R. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas aequitatem, esto refugium pauperum in tribulatione: *V.* Quia tu solus laborem & dolorem consideras. *V.* Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adju'tor. Quia.

Lectio iij.

Gratias ago ei, qui me confortavit Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, & dilectione, quae est in Christo Jesu. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum: Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam aeternam.

R. A dextris est mihi Dominus ne commovear: *V.* Propter hoc dilatatum est cor meum, & exultavit lingua mea. *V.* Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei. Propter hoc. Gloria Patri. Propter hoc.

In

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
De Verbis Apost. Serm. 8. sub initium.

Lectio iv.

Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Attende Evangelium: Venit enim Filius hominis quaerere, & salvare quod perierat. Si homo non perisset, Filius hominis non venisset. Ergo perierat homo: venit Deus homo, & inventus est homo. Perierat homo per liberam voluntatem: venit Deus homo per gratiam liberatricem.

R. Notas mihi fecisti Domine vias vitae: *V.* Adimplebis me laetitia cum vultu tuo: delectationis in dextera tua usque in finem. *V.* Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Adimplebis.

Lectio v.

Queris, quid valeat ad malum liberum arbitrium? Recole hominem peccantem. Queris, quid valeat ad auxilium Deus, & homo? Attende in eo gratiam liberantem. Nusquam potuit sic ostendi, quantum valeat voluntas hominis usurpata per superbiam, ad utendum sine adjutorio Dei: malum non potuit plus, & manifestius exprimi, quam in homine primo. Ecce perit primus homo: & ubi esset, nisi venisset secundus homo? quia & ille homo, ideo & iste homo: & ideo humanus sermo.

R. Diligam te Domine virtus mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum. *V.* Liberator meus, Deus meus, adju'tor meus. Et.

Lectio vi.

Prorsus nusquam sic apparet benignitas gratiae, & liberalitas omnipotentiae Dei, quam in homine mediatoris Dei & hominum, homine Christo Jesu. Quid enim dicimus,

fratres mei? In fide Catholica nutritis loquor, vel in pacem Catholicam lucratis. Novimus, & tenemus, mediatoris Dei & hominum, hominem Christum Jesum, in quantum homo erat, ejus esse naturae, cujus & nos sumus. Non enim alterius naturae caro nostra, & caro illius; nec alterius naturae anima nostra, & anima illius. Hanc suscepit naturam, quam salvandam esse judicavit.

R. Domini est terra, & plenitudo ejus: *V.* Orbis terrarum, & universi qui habitant in eo. *V.* Ipse super maria fundavit eam, & super humina preparavit illam. Orbis. Gloria Patri. Orbis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.

Cap. 13. c.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: Simile factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.
Lib. Quaes. Ev. in Matth. c. 11. r. 4.

Cum negligentius agerent praepositi Ecclesiae, aut cum dormitionem mortis acciperent Apostoli, venit diabolus, & supereminavit eos, quos malos filios Dominus interpretatur. Sed quaeritur, utrum haeretici sint, an male viventes Catholici? Possunt enim dici filii mali etiam haeretici, quia ex eodem Evangelii semine, & Christi nomine procreati, pravis opinionibus ad falsa dogmata convertuntur.

R. Ad te Domine levavi animam meam: *V.* Deus meus in te confido, non erubescam. *V.* Custodi animam meam, & eripe me. Deus meus.

Lectio viij.

Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videntur illi significari, qui unius communio sunt.

T 3

sunt. Verúntamem quóniam Dómini agrum ipsum, non Ecclésiám, sed hunc mundum interpretátes est: bené intelligúntur hærétici, quia non societáte unius Ecclésiæ, vel unius fidei, sed societáte solius nóminis Christiani in hoc mundo permisceútur bonis. At illi qui eadém fide mali sunt, pálea potiús quam zizánia reputántur: quia pálea etiám fundaméntum ipsum habet cum fruménto, radicémque commúne.

R. Duo Séraphim clamabant alter ad alterum: **S.** Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth: **P.** Plena est omnis terra glóriá ejus. **V.** Tres sunt qui testimónium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Glória Patri. Plena est.

Lectio ix.

In illa plané sagéna, quá concludúntur & mali & boni pisces, non absurdé mali Cathólici intelligúntur. Aliud est enim mare, quod magis mundum istum significat: aliud sagéna, quæ unius fidei, vel unius Ecclésiæ, communionem videtur osténdere. Inter hæréticos & malos Cathólicos hoc interest, quod hærétici falsa credunt: illi autem vera credentes, non vivunt ita ut credunt.

Te Deum laudámus. 13.

Ad Benedictus, Antiphona. Dómine, nonné bonum semen seminásti in agro tuo? undé ergo habet zizánia? & ait illis: Hoc fecit inimicus homo.

Oratio.

Familiam tuam, quæsumus Dómine, continuá pietáte custodit: ut que in sola spe gratiæ cælestis inutitur, tuá semper protectióne muniátur. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona. Colligite primum zizánia, & alligáte ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregáte

in hórreum meum, dicit Dóminus. FERIA SECUNDA.

De Epistola prima ad Timótheum.

Lectio j. Cap. 3. & 4.

Fidélis sermo: Si quis episcopátum desiderat, bonum opus desiderat. Opórtet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxóris virum, sóbrium, prudéntem, ornatum, pudicum, hospítalem, doctórum, non vinoléntum, non percusórem, sed modéstum: non litigiósum, non cupidum, sed suæ dómú bené præpósitum: filios habéntem subditos cum omni castitáte. Si quis autem dómú suæ præesse nescit, quómódo Ecclésiæ Dei diligéntiam habébit? Non neophytum: né in superbiám elátus, in iudicium incidat diaboli. Opórtet autem illum & testimónium habère bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in láqueum diaboli.

R. Quam magna multitúdo dulcedinis tuæ Dómine, **S.** Quam abscondisti timéntibus te! **V.** Et perfécisti eis qui sperant in te Dómine, in conspéctu filiórum hóminum. Quam abscondisti.

Lectio ij.

Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectántes: habéntes mystérium fidei in consciéntia pura. Et hi autem probéúntur primum: & sic ministrent, nullum crimen habéntes. Mulieres similiter pudicas, non detrahéntes, sóbrias, fideles in ómnibus. Diaconi sint unius uxóris viri: qui filijs suis bené præsent, & suis dómibus. Qui enim bené ministráverit, gradum bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

R. Adjutor meus esto Deus: **S.** Ne derelinquas me. **V.** Neque despicias me Deus salutáris meus. Ne derelinquas.

Let-

Lectio iij.

Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire citó: si autem tardávero, ut scias quómódo opórtet te in domo Dei conversári, quæ est Ecclésiá Dei vivi, columiná & firmaméntum veritátis. Et manifesté magnum est pietátis sacraméntum, quod manifestátum est in carne, justificátum est in spiritu, apparuit ángelis, prædicátum est Géntibus, créditum est in mundo, assúptum est in glória. Spiritus autem manifesté dicit, quia in novíssimis temporibus discédent quidam á fide, attendentes spiritibus erróris, & dóctrinis dæmoniórum.

R. Benedicam Dóminum in omni tempore: **S.** Semper laus ejus in ore meo. **V.** In Dómino laudábitur ánima mea, audiant mansuéti, & læténtur. Semper. Glória Patri. Semper.

FERIA TERTIA.

Incipit Epistola secúnda beáti Pauli Apostoli ad Timótheum.

Lectio j. Cap. 1.

Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntátem Dei, secúndum promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu: Timótheo charíssimo filio, grátia, misericórdia, pax á Deo Patre, & Christo Jesu Dómino nostro. Grátias ago Deo, cui servo á progenitoribus in consciéntia pura, quod sine intermissióne hábeam tui memóriam in oratióibus meis, nocte ac die desiderans te vidére, memor lacrymárum tuárum, ut gaudio implear, recordatióne accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitávit primum in ávia tua Lóide, & matre tua Eunice, certus sum autem quod & in te.

R. Auribus pèrcepe Deus lacrymas meas: ne síleas á me: remitte mihi:

S. Quóniam incolá ego sum apud te, & peregrínus. **V.** Compláceat tibi, ut eripias me: Dómine ad adjuvándum me festína. Quóniam.

Lectio ij.

Propter quam causam admóneo te ut resúscites grátiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum meárum. Non enim dédit nobis Deus spiritum timóris: sed virtúis, & dilectiúnis, & sóbrietátis. Noli itaque erubescere testimónium Dómini nostri, neque me vincetum ejus: sed collabora Evangelio secúndum virtutem Dei: qui nos liberávit, & vocávit vocatióne sua sancta, non secúndum ópera nostra, sed secúndum propósitum suum, & grátiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia.

R. Státuit Dóminus supra petram pedes meos, & diréxit pressus meos Deus: **S.** Et misit in os meum cánticum novum. **V.** Exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu miséræ. Et misit.

Lectio iij.

Manifestáta est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destrúxit quidem mortem, illuminávit autem vitam, & incorruptiorem per Evangelium: in quo pósitus sum ego prædicátor, & Apostolus, & magister Géntium. Ob quam causam etiám hæc pátior, sed non confundor. Scio enim cui crédidi, & certus sum quia potens est depositum meum serváre in illum diem. Formam habe sanórum verbórum, quæ á me audisti in fide, & in dilectiône in Christo Jesu.

R. Ego dixi, Dómine miserere mei: **S.** Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. **V.** Ab ómnibus iniquitatibus meis erípe me Dómine. Sana. Glória Patri. Sana.

T 4

FE-

FERIA QUARTA.

De Epistola secunda ad Timotheum.

Lectio j.

Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt homines seipsum amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediētes, ingrati, scelēsti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, timidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos vitabis.

R. Ne perdidideris me cum iniquitatis meis: Neque in finem iratus reserves mala mea. **V.** Non intres in iudicium cum servo tuo Domine. Neque.

Lectio ij.

EX his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis desideriis: semper discētes, & numquam ad scientiam veritatis perveniētes. Quemadmodum autem Jannes, & Mambres resistērunt Mōysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiētes: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

R. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: Cantabo, & psallam dicam Domino. **V.** Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Cantabo.

Lectio iij.

TU autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propōsitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconii, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et

omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Mali autem homines, & seductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes.

R. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia mea. **V.** Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime. Deus meus. Gloria Patri. Deus meus.

FERIA QUINTA.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Titum.

Lectio j.

Cap. 1.

PAulus servus Dei, & Apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quae secundum pietatem est in spei vitae aeternae, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora saecularia: manifestavit autem temporibus suis verbum suum in praedicatione, quae credita est mihi secundum praecipuum Salvatoris nostri Dei: Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia & pax a Deo Patre, & Christo Jesu Salvatore nostro.

R. Deus in te speravi, Domine non confundar in aeternum: in iustitia tua libera me, Et eripe me. **V.** Inclina ad me aurem tuam, & salva me. Et.

Lectio ij.

HUjus rei gratia reliqui te Cretae, ut ea, quae desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem

tem

tem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.

R. Repleatur os meum laude tua, ut hymnum dicam gloriae tuae, tota die magnitudinem tuam: noli me projicere in tempore senectutis: Dum defecerit in me virtus mea, ne derelinquas me. **V.** Gaudēbunt labia mea cum cantavero tibi. Dum defecerit.

Lectio iij.

Sunt enim multi etiam inobediētes, vaniloqui, & seductores: maxime qui de circumcisione sunt: quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quae non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, male bestiae, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum, aversantium se a veritate. Omnia munda mundis: conquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum.

R. Gaudēbunt labia mea cum cantavero tibi: Et anima mea, quam redemisti Domine. **V.** Sed & lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam. Et anima. Gloria Patri. Et anima.

FERIA SEXTA.

De Epistola ad Titum.

Lectio j.

Cap. 2. & 3.

Hec loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. Admones illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obediēre, ad omne opus bonum paratos esse: neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

R. Confitebor tibi Domine Deus in toto corde meo, & honorificabo nomen tuum in aeternum: Quia misericordia tua Domine magna est super me. **V.** Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Quia.

Lectio ij.

ERam enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideris, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed non oportet, turpis lucri gratiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovacionis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum: ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spei vitae aeternae.

R. Misericordia tua Domine magna est super me: Et liberasti animam meam ex inferno inferiori. **V.** In die tribulationis meae clamavi ad te, quia exaudivisti me. Et.

Lectio iij.

Fidelis sermo est: & de his volente confirmare: ut curent bonis operibus praesse qui credunt Deo. Haec sunt bona, & utilia hominibus. Stultas autem questionēs, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita: sunt enim inutilēs, & vanae. Haereticum hominem post unam, & secundam correptionem devita: sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.

R. Factus est mihi Dominus in refugium: Et Deus meus in auxilium spei meae. **V.** Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & factus est Dominus protector meus. Et Deus. Gloria Patri. Et Deus.

SAB-

SABBATO.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Philémonem.

Lectio i.

Paulus victus Christi Jesu, & Timotheus frater: Philémoni dilecto, & adiutori nostro, & Appia sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ, quæ in domo tua est. Gratiâ vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Gratiâs ago Deo meo, semper memoriâ tuâ faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Jesu, & in omnes sanctos: ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.

R. Ne perdidit. 296.

Lectio ii.

Gaudium enim magnum habui, & consolatiorem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & victus Jesu Christi: Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis. Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi utilis, quem remisisti tibi.

R. Paratum cor meum. 296.

Lectio iij.

Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe: quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii: sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut æternum illum reciperes: jam non ut servum, sed pro

servo charissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi meâ manu.

R. Adjutor meus. 296.

Vesperas.

Praesta, quæsumus omnipotens Deus; ut semper rationabili meditantibus, quæ tibi sunt placida, & dietis exequamur, & factis. Per Dominum nostrum.

DOMINICA VI.

post Epiphaniam.

In primo Nocturno.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Lectio j.

Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit.

R. Dómine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: * Miserere mei Dómine, quoniam infirmus sum. * Timor & tremor venerunt super me, & contéxerunt me tenebræ. Miserere mei.

Lectio iij.

Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et

Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.

R. Deus, qui sedes super thronum, & judicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione: * Quia tu solus laborem & dolorem consideras. * Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Quia tu.

Lectio iij.

ET: Tu in principio Dómine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?

R. A dextris est mihi Dóminus, ne commovear: * Propter hoc dilatatum est cor meum, & exultavit lingua mea. * Dóminus pars hereditatis meæ, & calicis mei. Propter. Glória Patri. Propter.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Athanasii Episcopi.

Orat. 2. contra Arianos, post medium.

Lectio iv.

Spersonam, rem, tempus Apostolici dicti cognoscerent hæretici, nunquam humana in Deitatem transferentes, tam impiè & stultè adversus Christum sese habuissent. Id intueri licébit, si initium lec-

tionis denuò repetitum probè excipias. Dicit enim Apostolus: Multifariam, multisque modis olim Deus locutus est patribus nostris per Prophetas: ultimus autem diebus locutus est nobis in Filio. Atque ita paulo post dicit: Perfecta ab eo nostrorum peccatorum purificatione, ipsum sedere ad dexteram majestatis in excelsis, tanto meliorem Angelis factum, quanto præstantius nomen præ illis sortitus est. De eo igitur tempore, quo nobis per Filium locutus est, cum peccatorum purgatio fieret, Apostolicum dictum mentionem facit. Quando autem nobis locutus est in Filio, aut quando purgatio peccatorum facta, aut quando natus est homo, nisi post Prophetas, idque in ultimis diebus? R. Notas mihi fecisti Dómine vias vitæ: * Adimplébis me lætitiâ cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. * Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Adimplébis.

Lectio v.

Eindè cum narratio instituta esset de humana Verbi dispensatione, deque ultimis temporibus: consequenter commemoravit, Deum neque superioribus ætatibus tacuisse, sed locutum esse per Prophetas: & postquam Prophætæ suo officio perfuncti sunt, & lex per Angelos pronuntiata est, & Filius etiam ad nos descendit, & ad ministrandum accessit, tunc demum necessario subintulit: Tanto melior Angelis factus: ostendere volens, quanto Filius præ servo excellit, tanto functione officioque servorum, Filii administrationem meliorem fuisse.

R. Dilligam te Dómine virtus mea: Dóminus firmamentum meum, * Et refugium meum. * Liberátor meus, Deus meus, adiutor meus. Et refugium.